



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

XLVIII. De eo, si quis spiritalis suae commatris filiam duxerit vxorem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

ANNO  
 CHRISTI  
 895.

fugerit, & vir eius ab episcopo semel aut bis vel sæpius repetierit, si vitam ei obtinere possit, perquirat, & reddat: sin autem, omnino non reddat. Maritus vero, quamdiu ipsa viuat, nullo modo alteram ducat.

XLVII.

Qui spiritalem habet compatrem, cuius filium de lauacro sacri fontis accepit, & eius vxor comater non est, liceat ei, defuncto compatre suo, eius viduam ducere in vxorem, si nullam habent consanguinitatis propinquitatem. Quid enim? numquid non possunt coniungi, quos nulla proximitas carnalis, vel \* in id generatio secernit spiritalis?

\* nulla

XLVIII.

Illud etiam nec canonica institutione diffinimus, nec introductione aliqua refutamus: sed propter eos qui diuersè de eo sentiunt, hoc loco aliquid commemoramus. Si quis suæ spiritalis comatris filiam fortuito, & ita contingente rerum casu, in coniugium duxerit, consilio maturiori seruato, habeat, atque honeste legitimo coniugio operam det.

XLIX.

De his qui in adulterio iuncti, per incentiua libidinis male filium vel filiam genuerunt, canonicè præiudicamus: vt quando ab episcopo iusta diuisione separantur, eo tenore seiungantur, ne vltra spe reuersionis deludantur. Quare, si quid inter se proprietatis aut pecuniæ communi donatione tradiderunt, \* vt quæ communi seruent infanti. De

\* vtique